Morbeo 26 (133)

PHILIPPVS

Dei gratia Rex Castellæ Legionis Aragonum vtriusq; Siciliæ Hierusalem, Portugaliæ, Navarræ necnon Indiarum et Archidux Austriæ, Dux Mediolani Burgundiæ, & Brabantiæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, & Tirolis et Re
cognoscimus et notum facimus tenore presentium vniuersis, Rerum ampliudine dignum censemus non solum viros superstites, de nobis benemeritos gratia, ac fauore prosequi, sed etiam post eorum decessum eam in eorum fratres extendere, vtrel. perpendan
tes quamplurima gratarum obsequia per triginta annorum curriculum à magnifico fideli nobis dilecto Magistro ac prefecto militum Ludouico Gambaloyte in bello nobis strenue ac fideliter exhibita quoveq; in Tedemontio cum hoste fuisset dimi
cando interfectus fuit ad exemplar Equitis Gambaloyte Magistri militum fratris sui maioris natu, qui postquam triginta, et amplius annos nobis in variis bellorum expeditionib, inseruierit etiam fortiter debellando in oppugnatione
oppidi de Ostende occisus fuit, strenui Capitaneus Joannes Baptista Gambaloyte tertio frater pugnans in bello obyit quando Comitem Theodorum Thoultium in dicta expugnatione hostes interfecerunt taliter se habentes in om
nibus bellicis occasionib, vt omnes semper ingens animi, et corporis robur singularemq; prudentiam, fidemq; in nos maximam vnacum præclara militarium rerum peritia ostenderint, merito, vt tantorum obsequiorum aliqua in
parte gratos nos exhibuisse videatur, annuam pensionem trecentorum scutorum in Statu nro Mediolanensi concedere decreuimus, vno ex filijs fidelisnobis dilecti FRANCISCI Gambaloyte fratris supranarratorum Magistrorum
militum, et capitanei, quem ipse nominauerit. Tenore igitur presentium ex certa scientia, Regiaq; et Ducali auctoritate nra deliberate, & consulto, ac ex gratia speciali, maturaq; sacri nostri supremi consilij accedente deliberatione, & in vim meræ propriæ eidem filio predicti Francisci Gambaloyte vt supra, abeo nominando, dictos annuos trecentos scutos vita dicti filij durante, de dum de nra mera, et libera voluntate processerit seu de
equitualenti compensatione illi a nobis prouideatur, Qua data presentem nram concessionem, et gratiam, cassam irritam, et inanem esse decernimus super tributis cuiuscunq; turibus, prouentibus, seu emolumentis nræ Regiæ et Ducalis
Thesaurariæ a die vigesima octaua mensis Aug^ti presentis et infrascripti anni Millesimi, Sexcentesimi Decimi Septimi in futurum habendos, percipiendos, & exigendos pereum seu eius procuratorem damus dona
mus, concedimus, et elargimur. Ita quidem vt a predicta die in futurum singulo quoq; trimestri ad ratam quarte portionis dictus filius memorati FRANCISCI Gambaloyte eandem trecentorum scutorum
annuam pensionem percipere possit, & valeat Mandantes propterea Illustri Gubernatori nro presenti, & futuris, Presidi, & Senatui, Presidibus, & Magistris vtriusq; Magistratus, Thesaurario nro generali, ceteris q;
officialibus, et subditis nris Mediolanensis Dominij ad quos spectat, & spectabit vt predicto filio dicti FRANCISCI Gambaloyte, vt supra seu eius legitimo procuratori ipsius nomine dictam trecentorum scutorum annua
pensionem soluendam, & numerandam curent omni remota exceptione, & impedimento. Hasq; nras inuiolabiliter obseruent, et exequantur, obseruarig, et exequi faciant per quoscunq; Non obstantibus quibus
cunq; ordinib, nris incontrarium forsan facientib. Sic enim è mente nra procedit. Harum testimonio Literarum manu nra subscriptarum & sigilli nostri appensione munitarum. Datæ in domo Regiali del Pardo
die 8 Mensis Nouembris Anno à Natiuitate Domini Millesimo Sexcentesimo Decimo Septimo.

Yo el Rey

Ad mandatum Regiæ &
Catholicæ Maiestatis proprium
Ludouicus Ortiz de Matienco

Vt Camp^s Ill^mus

Vt Caimus Pr.
Vt Moneta de Cisdona R.
Vt de Sanmartino R.

Vt Contadoria nra R.
Vt Carolus de Tabera
Vt Dom^s Gil Lopez de Haro R.

Morbio 26 (133)